

animábus famu-lórum famu-larúmque tu- árum re-



missi-ónem cunctórum tríbu-e peccatórum : ut indul-



génti-am, quam semper optavérunt ? pi-is supplica-



ti-ónibus consequántur : Qui vivis et regnas cum



De- o. etc.

Hæc Oratio alta voce dicenda est a Priore in stallo suo.

Non dicatur post Orationem **Dóminus vobíscum.**, nec **Benedicámus.**, sed tantummodo **Requiéscant in pace.**, in ea voce qua dicta est Oratio, et sic dicatur ab eo qui dixit Orationem :



REQUI-ESCANT in pa-ce. ℟. Amen.

PER OCTAVAM OMNIUM SANCTORUM.

Omnia ut in secundis Vesperis Festi, servato modo dierum infra Octavam Solemnem.